



Venerabili Fratri  
IOANNI GRAUBNER

*Archiepiscopo Metropolitanae Pragensi*

*aureum ordinationis presbyteralis iubilaeum mox celebranti, diligentem navitatem studiose exercitam gratulamur et apostolicam sollicitudinem gregis probato opere ducti, ut, cordis prudentia enutritus, clerum populumque Dei concordia, unitate et humanae personae observantia informaret, promovens evangelizationem, fundamentum missionis, ac constanter Iesu amoris praebens testimonium. Dum optima quaeque ominamur, Benedictionem ei eiusque gregi libentissime impertimur, Beata Maria Virgine sanctisque Vito, Venceslao et Adalberto intercedentibus, vicissim orationes petimus, ut cum Evangelii gaudio Petrinum officium exercere valeamus.*

*Datum Romae, Laterani, die V mensis Iunii, anno MMXXIII.*

*Franciscus*